


Bulla Tertie Sessiois habite  
in sacrosancto Concilio Latera  
nensi. Tertio Non. Decembris.  
M. d. xii. Pontificatus F. d. n.  
dñi Iulii divina providètia Pa  
pe Secundi Anno. X.



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21

24  
Bulla Tertie Sessionis habite  
in sacrosancto Concilio Latera-  
nenſi. Tertio Non. Decembris.  
M. d. xii. Pontificatus F. d. n.  
dñi Julii divina providētia Pa-  
pe Secundi Anno. X.



**IULIVS** Episcopus servus  
servorum dei: Ad perpetuam rei memoriam/Sacro  
approbante Concilio. ¶ Ad illius cuius perfecta  
sunt opera/laudem & gloriam/sacrū Lateranē.  
Conciliū prosequentes / in hac Tertia Sessione  
Spiritusancto fauente legitime congregata: quā  
als Terrio Non. Nouembris proxime preteriti  
faciendam / in Secunda Sessione indixeramus:  
& deinde de Venerabilium fratrum nostrorum  
sancte Roman. Ecclesie Cardinaliū consilio una  
nimirq; assensu/in hodiernū diem tenendam/ ex  
certis tunc expressis/& aliis legitimis causis pro  
rogauimus & indiximus/ eodem sacro Concilio  
prorogationem & indictionem huiusmodi ex causis  
prefatis sibi notis approbante. Post felicem fau/  
stamq; Carissimi in Christo filii nostri Maximi  
liani Romanorū Imperatoris electi/semper Au/  
gusti huic Sacrosancto Lateranē. Concilio ue/  
ram adhesionem/& sinceram unionem: Omnia  
& singula per dānationis alumnos Bernardinū  
Caruaial/Guillermū Brizonet/ Renatū de Pria  
& Federicum de sancto Seuerino olim Cardina  
les: eorumq; fautores/adherentes/complices &  
sequaces Scismaticos hereticos:& in suā/ac alio/  
rum perniciem debacātes/ unitatem sancte ma/



tris Ecclesie scindere satagentes/in Conciliabu-  
lo Pisan. Mediolan. Lugduñ. uel alibi/ quecūq;  
quotcunq; & qualiacūq; fuerint/ etiam Decima-  
rū impositiones in uniuerso Regno Francie per  
eos factas: quorū tenores & qualitates/ ac si pre-  
sentibus de uerbo ad uerbum/non aūt per clau-  
sulas generales infererentur/pro expressis habe-  
ri uolumus/ usq; in presentem diem acta/ gesta/  
& facta/ conscripta & publicata/ seu ordinata/ &  
in futurum forsitan gerenda/ quāuis sint nulla/  
irrita/ & inania/ & a nobis (prefato Concilio sa-  
cro approbante) damnata & reprobata fuerint:  
potiori pro cautela damnationi & reprobationi  
hōi inherendo / eodē sacro Cōcilio approbañ.  
dānamus/reprobamus & detestamur: illaq; nul-  
la/irrita & inania/nulliusq; roboris efficacie/esse-  
ctus uel momēti fuisse & esse decernimus & de-  
claramus: Necnon lras nostras / per quas prop-  
ter receptiones/fauores/ adherentiam & auxiliū  
per Regem Francie / & nonnullos alios Regni  
Francie Prelatos/Officiales/Nobiles & Barones  
Scismaticis & Hereticis in dicti Cōciliabuli Pi-  
sani damnati & reprobati prosecutione notorie  
prestita/Regnum Francie/& presertim Lugdu-  
num/Ducatu Britanie excepto/ sub Datj Rome  
apud sanctum Petrum: Anno incarnationis do-

minice Millesimoquingētesimoduodecimo: In-  
ditionis Augusti: Pontificatus nostri Anno No-  
no/de fratrum predictorū in consilio/ecclesiasti-  
co subiecimus interdicto: Nundinasq; Lugduñ  
fieri solitas/ in Lugduno extūc de cetero fieri in-  
hibuimus: dictasq; Nundinas in Ciuitate Ge-  
benneñ. faciendas transtulimus/ cū decretis de-  
clarationibus inhibitionibus omnibusq; & sin-  
gulis in eis cōtentis clausulis/similiter sacro Cō-  
cilio predicto de illis plenariam notitiam habente  
ac approbante/ innouamus: Regnumq; pre-  
fatum ut prefertur/illius Ciuitates/Terras/Op-  
pida & loca quecunq; hmōi interdicto subiici-  
mus: ac ipsas Nundinas ex Lugduno in Ciuita-  
tem prefatā Gebenneñ. faciendas transferimus.  
Et ut hoc sacrum Lateraneñ. Conciliū ad finem  
uberrime fertilitatis deducatur / aliaq; plura &  
grauia in hoc sacro Lateraneñ. Concilio tractan-  
da & discutienda ueniant/ ad dei omnipotentis  
laudem / & Ecclesie uniuersalis exaltationem /  
Quartam Sessionem continuationis celebratio-  
nis ipsius/ Quarto Idus presentis mensis Decē-  
bris faciendam/sacro Concilio prefato omnia ap-  
probante/indicimus. ¶ Nulli ergo omnino ho-  
minū liceat hanc paginam nostre prosecutionis  
uoluntatis/damnacionis/reprobacionis/detesta-

nionis/decreti/declarationis/inuentionis/inter  
dicti/translationis & indictionis infringere: uel  
ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attemperare presumpserit indignationem omni-  
potentis dei/ ac beatorum Petri & Pauli Apосто-  
lorum eius se nouerit incursum. Dat[us] Rome  
in publica Sessione in Lateranensi. Sacrosancta  
Basilica solemniter celebrata. Anno Incarnatio-  
nis dominice Millesimoquingentesimoduode-  
cimo. Tertio Non. Decembris. Pont. f. catus no-  
stri Anno Decimo.

Bal. Tuerdus.

D. de Comitibus.

**C**Nemo imprimat sine licentia Secretarii/ sub  
Centum Ducator[um] auri pena/ Camere Apostoli-  
ce eo ipso applicandor[um]/ & irremissibiliter exigen-  
dorum.

Idem Bal. Tuerdus.